



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Fortitudo & Temperantia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

*Vinculo cu-  
jus moris  
causam red.  
dit Macrobi-  
tus lib. i.  
c. 6.*

nam & Apollinis ipsi sui basin aurea catena religarunt, cum quidam in concionem progressus affi-  
maslet, visum sibi per nocturnam quietem Apollinem dicere, velle se transire ad Alexandrum: post  
quod vinculum injectum super eum Tyrii Alexandrinum cognominarunt. Sedenum aliorum quoq;  
deorum statuis Plutarchus in Problematis Tyros vincula solitos injicere, id scilicet indicantes,  
quod lento gradu in scelerum castigationem ferantur. Et Horatii locum de pena qua claudo inc;  
dit pede, in hanc eandem sententiam Porphyrio interpretatur.

## JUNONIUS. CAP. XXXIV.

*Milonis sta-  
tua.*

**E**T ahenea Milonis statua in Olympia fuit, qua super discum posita vincis simu pedibus immi-  
videbatur. Malum autem Punicum sinistra tenebat. Dexteræ digitæ rectæ, & regentibus similes  
apparebant, vitaque caput habebat redimitum. Rem ita interpretatus est Philosophus Tyancus, ut  
Milonem athletam dixerit Junonis Sacerdotem à Crotoniatis institutum, idque mitram & redimi-  
culum indicare. Arborem vero malum Punicam solam in Junonis honorem plantari.

FORTITUDO ATQUE TEMPERANTIA.  
CAP. XXXV.

*Minerva  
obligata  
quid.*

**Q**uamquam alii eruditionis hieroglyphica non ignari, dicunt pedes colligatos, id significare,  
quod fortissimus is athleta nullius viribus ex eo loco, ubi semel constitisset, dimoveri posset.  
Malum manu comprehensum, digitorum ejus fortitudinem indicare, quod identidem nullus co-  
natu avelli posset. Porrectionem vero digitorum eodem roboris argumento significasse, quan-  
tum illi virium inesset, quod à quoquam vel robustissimo, neque inflecti, neque dimoveri poter-  
tint. Per vittam vero temperantiam hominis ajunt indicari: athleta enim vires suas ea potissimum ratione custodiebant, quod ab iis, quæ corpus enervant, libidinibus, studiose admodum ab-  
stinebant.

## MINERVA ARCADICA. CAP. XXXVI

*Nokintur  
quaque à  
Luciano, in  
Affrologia,  
ab Athenae,  
lib. 14. &  
Arioph. in  
auribus,  
Saturnus  
alligatus.  
Adverbum  
à Macrobi-  
tus, cap. 5.  
Saturn.*

**N**eque quidem Diana tantum simulachrum obligatum erat apud Arcadas, verum etiam Minervæ signum ob-  
ligato cruce ostendebatur. Significabat id vulnus, quod ipsa à Teuthi Arcadum duce accepérat, dum illi fuadere, & ob-  
stare conaretur, ne Græcorum societatem desereret, quam ipse ob similitatem in Agamemnonem repudiaverat. Teu-  
this autem apud Arcadas colebatur, & certamen id cum Mi-  
nerva illi laudi adscribatur. De stupore vero, & impe-  
ritia Arcadum, qui nihil cum Minerva commune aut socia-  
le habuerint, in Quercu, atque etiam in Asino, sati di-  
ctum.

## SEmen IN UTERO. CAP. XXXVII.

*Nokintur  
quaque à  
Luciano, in  
Affrologia,  
ab Athenae,  
lib. 14. &  
Arioph. in  
auribus,  
Saturnus  
alligatus.  
Adverbum  
à Macrobi-  
tus, cap. 5.  
Saturn.*

**S**Aturnum Apollodorus alligari ait per aſnum laneo vinculo, & solvi ante diem ſibi festum men-  
ſe Decembri: atque inde proverbium, *Deos habere pedes laneos*. Hinc vero significari femen-  
in utero animatum (nam à ſatu Saturno nonien) in vitam grandescere, ac donec erumpat in lucem, D  
quod decimo fieri mense, & Virgilii & aliorum testimonio, iis quæ recte ferunt, comprobatur, mol-  
libus interim naturæ vinculis detineri. Sunt vero qui referant id ad tempora, quæ certa naturæ le-  
ge connexa sunt: vel quod fruges omnes vinculis nodisq; quibusdam alternentur: vel quod in  
Tartara conjectus, propter loci, in quo versatur, profunditatem, quasi quibusdam ibi vinculis de-  
lineatur, ut deportatus. Alii ſicut volunt ob motus tarditatem, de quo alibi.

## ARTIFICIOSUM OPUS. CAP. XXXVIII.

*Nokintur  
quaque à  
Luciano, in  
Affrologia,  
ab Athenae,  
lib. 14. &  
Arioph. in  
auribus,  
Saturnus  
alligatus.  
Adverbum  
à Macrobi-  
tus, cap. 5.  
Saturn.*

**Q**uæ vero vincula statuis, quas Dædalus elaborasset, injici solita sunt, id ſibi volunt artificiole  
adeo fuisse fabrefactas, ut abire viderentur: quocirca vinculis compescenda effent. Meminit  
hujus

